

Nid. 2.



PROPRIVM FESTO-  
RVM DIOECESIS  
AVGVSTANAE.

*Dispositioni MISSALIS Romani accommodatum.*

IVSSV ET AVCTORITATE.

REVERENDISSIMI ET  
ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS  
AC DOMINI, DOMINI HENRICI  
EPISCOPI AVGVSTANI  
RECOGNITVM.



✻ DILINGAE, ✻  
Apud Gregorium Hænlin.  
M. DC. XV.



## AD LECTOREM.

**Q**uoniam nemini dubium esse possit, **P**relector ad perfectionem diuini Officij vel maxime spectare, ut uniuscuiusq; Ecclesie Missale (**ut vocant**) Breuiario eiusdem respondeat; pro Ecclesia vero & Diocesi Augustana, ad Horas Canonicas ex Breuiario Rom. recitandas necessarius iam editus sit libellus, propria eiusdem Diocesis Festa cum Officijs suis complectens; per necessarium item visum est, ut ne hac ex parte in offerendo Sanctissimo Missae sacrificio aliquid desiderari posset, simili compendio Missas eorundem Festorum comprehendere. Quae quidem cum omnes ferè ab Augustana Ecclesia hucusque ex Communi (**quod vocant**) Sanctorum lectae fuerint, paucis tantum exceptis, nunc etiam commodioris vsus & breuitatis gratia eidem Communi, ut in Romano Missali habetur, accommodatae sunt, ut legentibus patebit. Nomina autem & differentias istorum Festorum, ordinem item & dies mensium, quibus occurrunt, in subiecto indiculo conspiciere licet.

**Quandoquidem** verò Proprium Breuiarij denuò recognosci & typis excudi oportuit, mouentibus causis in Praefatione illius insinuat; noua itidem huius Proprij editio institui debuit, quae illi per omnia, quantum conuenit, esset conformis. Quae autem Notis musicis sub tono Ecclesie Augustanae haecenus consueto, ac in Diocesi Augustana retento & permissio, pro Officiatoribus antehac edita fuere, his propterea non sunt addita, quod Exemplarium eorum cumerositas apud Sigilli feratus Officium residua, id hoc tempore minimè necessarium suaderet. Cum denique aliarum quarundam Ecclesiarum exemplo, grauissimis quoque de causis alijs operae praetium videretur, festum **S. Angeli Custodis** quotannis solenniter in dicta Diocesi celebrari, huius etiam Missae Officium in partibus nostris, ignotum ferè haecenus, una cum cantu condecens in usum celebriorum Ecclesiarum praedictis ad primi oportuit.

Quod ad gloriam suam Christique fidelium salutem

**Deus Opt. Max.** misericorditer prosperare dignetur.



FESTA



**FESTA PROPRIA DIOECESIS AV-  
GVSTANAE, PER SINGVLOS MEN-  
SES OCCVRRENTIA.**

Dies mē-  
fis.

**IANVARIVS.**

**VIII.** S. Erhardi Episcopi & Confessoris. **Semiduplex, transfertur.**  
**XVII.** In Festo S. Antonij. **Com.** SS. Speosippi & sociorum martyrum.

**FEBRVARIVS.**

**I.** In Festo S. Ignatij. **Comm.** S. Brigidae Virg.  
**X.** S. Scholasticæ Virginis.  
**XXVI.** S. Dionysij primi Episcopi Augustani & martyris. **Duplex.**

**MARTIVS.**

**X.** Conuersio S. Mariæ Magdalena. **Duplex.** S. Gertrudis Virgi-  
**XVII.** nis. **Semiduplex.**

**APRILIS.**

**XX.** Feria secunda post **Dominicam in Albis**, celebratur Transla-  
**XXIV.** tio S. Vdalrici Episcopi. **Duplex.**  
SS. Sulpitij & Seruiliani martyrum.  
S. Georgij martyris. **Duplex.**

**MAIVS.**

**I.** In festo Sanct. Apost. Philip. & Iacobi. **Cō.** S. VValburgæ Virg.  
**X.** In die S. Gordiani. **Comm.** SS. Quarti & Quinti mart.

**IUNIVS.**

**V.** S. Bonifacij mart. & Archiepiscopi Moguntiensis. **Duplex.**  
**XV.** SS. Viti & Modesti atq; Crescentiæ martyrum. **Duplex.**  
**XXII.** SS. Decem milliū mar. **Semidup. & Cō.** S. Paul. Epif. & Conf.  
**XXVII.** SS. Septē Dormientiū mart. **Semid. & Cō.** Octaua S. Ioāni Bapt.



**FVLIVS.**

Dies mē-  
fis.

- IV. **S. Vdalrici Episcopi & Patroni August.** Duplex. **Primæ Classis.**
- V. De Octaua Apostolorum, **cum commemoratione** de Octaua S. Vdalrici.
- VI. In Octaua Apostolorum. **Commemoratio** Octauæ S. Vdalrici.
- VII. S. VVilibaldi Epif. & Conf. **Semidup. cum Cō.** Oct. S. Vdalrici.
- VIII. SS. Chyliani & Soc. mart. **Duplex. Com.** Octauæ S. Vdalrici.
- IX. De Octaua S. Vdalrici.
- X. In festo SS. Septem Fratrum mart. & SS. Rufinæ ac Secundæ mart. **Semiduplex. Comm.** Octauæ S. Vdalrici.
- XI. Octa. S. Vdalrici. **Duplex. cum Comm.** S. Pij Papæ & martyris.
- XV. Diuisio Apostolorum. **Duplex.**
- XVIII. S. Henrici Imperatoris. Confess. **Duplex. Commem.** Symphorose cum septem filijs marty.
- XXV. In diem S. Iacobi Apostoli incidit festum s. Christophori mart. **Semiduplex; quod transfertur.**

**AVGVSTVS.**

- V. In festo Dedicat. S. Mariæ ad niues. **Cō.** S. Osvaldi Regis mart. **In hunc diem incidit etiam Festum** SS. Afri & aliorum martyrum Augustanorum. **Duplex; quod transfertur.**
- VII. S. Afræ martyris & Patronæ Aug. **Duplex. 2. Classis. Commem.** S. Donati Episcopi & mart. in priuatis Missis tantum.
- XII. SS. Hilariæ Sociarumque martyrum August. **Duplex; 2. Classis. Commem.** Clare Virg. in priuatis Missis tantum.

**SEPTEMBER.**

- I. S. Aegidij Abbatis. **Duplex. & Commem.** SS. Duodecim fratrum marty.
- Dominica proxima ante diem Natiuitatis B. Mariæ Virg. celebratur festum** S. Angeli Custodis. **Duplex. 2. Classis.**
- VI. S. Magni Abbatis. **Duplex.**
- XIII. Tricesimus Assumptionis B. Mariæ Virginis. **Duplex.**
- XVII. S. Lamperti Episcopi & marty.
- XX. SS. Eustachij & Soc marty. **Semiduplex. cum Comm.** Vigiliæ
- XXII. SS. Mauritij & Sociorum mart. **Semiduplex.**
- XXVIII. Dedicatio cathedralis Ecclesiæ Augustanæ. **Duplex.**

**OCTO.**

Dies mē-  
fis.

**OCTOBER.**

- X. SS. Gereonis & Soc. martyrum.
- XVI. S. Galli Abbatis. **Semiduplex.**
- XXI. S. Ursulæ & Soc. Virg. ac mar. **Duplex. & Cō.** S. Hilar. Abbatis.
- XXVI. Conuersio S. Afræ mar. **Semidup. & Cō.** S. Euaristi Pape & mar.
- XXVII. S. Gualfardi Ciuis Aug. & Confes. **Duplex. & Cō.** Vigiliæ Apost.
- XXIX. S. Narcisi Epif. & mart. ac Apost. August. **Duplex.**
- XXXI. S. VVolfgangi Episcopi & Confess. **Duplex. & Comm.** Vigiliæ.

**NOVEMBER.**

- II. De Octaua Omnium Sanctorum. **Semiduplex. & Commem.**  
S. Benigni presbyteri & martyris.
- VI. S. Leonhardi Abbatis. **Semidup. & Com.** de Octa. Omniū Sanct.
- XVI. S. Othmari Abbatis. **Semiduplex.**
- XIX. S. Elisab. Ducisse vidue. **Dup. & Com.** S. Pontiani Pape & mart.
- XXVI. S. Conradi Episcopi & Confes. **Duplex. & Com.** S. Petri Alexan-  
drini Episcopi & martyris.

**DECEMBER.**

- III. S. Lucij Regis Britannia, primi Apostoli Augustani & Confess.  
**Duplex. cum Commem. feriæ.**
- IV. S. Barbaræ Virg. & martyris. **Duplex. & Comm.**
- VI. S. Nicolai Episcopi Confessoris. **Duplex.**
- XIII. **In festo S. Lucie Commem.** s. Ottilie Virginis.
- XVI. S. Adelhaidis Imperatricis vidue. **Semiduplex.**



A,

PRO.

# PROPRIVM FESTORVM

DIOECESIS AVGVSTANAE, ACCOMMO-  
DATVM DISPOSITIONI MIS-  
SALIS ROMANI:

NOTANDVM IN  
HOC PROPRIO.

*Primo*



**Q**vando fit Confessio  
communis in Missa,  
post inuocationē A-  
postolorum inseren-  
dus est, **Beatus Ydalricus:** Quod  
idem obseruandum, quando in  
Missa dicuntur orationes ad po-  
scenda suffragia Sanctorum,

*Secundo.*



**Q**vandoque Missa ce-  
lebratur siue priuatim si-  
ue publice, vltimę Collectę sem-  
per ante conclusionem addendū  
est: **Et famulos tuos N. Papam,  
N. Imperatorem, N. Episcopum  
nostros, cum omnibus sibi com-  
missis ab omni aduersitate custo-  
di, & pacem tuam nostris conce-  
de temporibus, & ab Ecclesia tua  
omnem repelle nequitiam.**

**Præterquam in Missa defunctorum, in qua non dicuntur.**

*III. Decembris.*

**In festo S. LVCII Regis Britan-  
niæ, primi Apostoli Augu-  
stani Confessoris.**

**MISSA. Os iusti. cum reliquis  
de communi Confess. nõ Pontif.**

*Oratio.*

**D**eus qui beatum Lucium  
Confessorem tuum, de ter-  
reno ac temporali regno, ad cæ-

lestis & æterni regni gloriã tran-  
tulisti, eius quæsumus meritis &  
intercessione, regis regum IESV  
Christi Filij tui nos cohæredes ef-  
ficias, & eiusdem regni tribuas  
esse consortes. Per eundem Do-  
minum nostrum IESVM Chri-  
stum. &c.

*Secunda Oratio. de Feria.*

*Secreta.*

**P**resta quæsumus Omnipotēs  
Deus, vt sicut beatus Lucius  
Confessor tuus, spretis mundi ob-  
lectamentis, soli regi Christo pla-  
cere studuit, ita eius oratio nos ti-  
bi reddat acceptos. Per eundem  
Dominum nostrum &c.

*Post Communio.*

**D**EVS, qui beatum Confesso-  
rem tuum Lucium miracula-  
sti in terris; quæsumus, vt quem  
in cælis gloriosum fecisti, Eccle-  
się tuę constituas defēso-  
rem. Per  
Dominum nostrum Iesum Chri-  
stum &c.

*IV. Decembris.*

**In festo S. BARBARAE Vir-  
ginis & martyris.**

**MISSA. Loquebar. cum re-  
liquis de communi virginis &  
martyris.**

*Secun-*



Proprium Festorum Diocesis Augustanæ.

Secunda Oratio. de feria. Tertia  
de S. Maria. Vt in Prima Domini-  
ca Aduentus.

VI. Decembris.

S. NICOLAI Episc: & Confes-  
soris Missa propria in Missali,

XIII. Decembris.

In festo S. LVCIAE. Commem.  
S. OTTILIAE Virginis.

Oratio.

**D**Eus illuminator omnium  
gentium, qui mira opera in  
virtute beatæ Ottiliæ Virginis tuæ  
demonstrasti; quæsumus immen-  
sam clementiam tuam, vt sicut  
ipsius natiuæ cœcitatæ tenebras  
effugasti, ita nobis eius precibus  
& meritis temporale lumen &  
æternitatis gloriam largiaris. Per  
Dominum.

Secreta

**M**Vnera tibi Domine seruitu-  
tis nostræ offerimus in B.  
virginis Ottiliæ festiuitate, depre-  
cantes, vt qui ei dedisti gratiam  
Spiritus sancti, eandem cordibus  
nostris clementer infundere dig-  
neris. Per Dominum.

Post Communionem.

**A**Diuent nos quæsumus Do-  
mine hæc mysteria sancta quæ  
sumpsimus, & intercedente bea-  
ta Ottilia virgine tua à cunctis er-  
roribus extant, & ad æterna gau-  
dia perducant. Per Dominum.

XVI. Decembris.

In festo S. ADELHAIDIS  
viduæ.

MISSA. Cognoui Domine. de  
Cōmuni nec virginis nec marty.

Secunda Oratio de feria, tertia  
de S. Maria, tempore Aduentus.

VIII. Ianuarij.

In festo S. ERHARDI Episco-  
pi & Confessoris.

MISSA. Statuitei Dominus, de  
Cōmuni Episcopi & Confessoris.

Nota. Hoc festum semper trans-  
fertur, propter Octauam Epi-  
phanæ.

XVII. Ianuarij.

In festo S. ANTONII, SS. Spro-  
sippi & Soc. martyrum Com.

Oratio. DEVS qui nos annua  
de Communi plurim. martyrum.

Primò Februarij.

In festo S. IGNATII, Comm.  
S. BRIGIDAE virginis.

Oratio. Exaudi nos DEVS, de  
Comm. virg.

X. Februarij.

In festo S. SCHOLASTICAE  
Virginis.

MISSA. Vultum tuum. Vt in  
Communi Virginis tantum.

Oratio.

**D**EVS qui beatæ virginis tuæ  
Scholasticæ animam ad o-  
stendendam innocentiaem viam, in  
columbæ specie celum penetrare  
fecisti, concede nobis ipsius meri-  
tis

Proprium Festorum

2  
tis innoce[n]ter viuere, vt ad eadem  
gaudia mereamur peruenire. Per  
Dominum.

Secreta.

**S**uscipe, quaesumus Domine,  
ob honore[m] sacre[m] Virginis tue  
Scholasticę munus oblatum, &  
quod nostris meritis non valemus,  
eius suffragantibus meritis largi-  
re propitius. Per Dominum.

Post Communio.

**Q**uos caelesti, Domine, refe-  
ctione satia[st]i, beate quaesu-  
mus Scholasticę Virginis tuę  
meritis a cunctis exime propitia-  
tus aduersis. Per Dominum.

XXVI. Februarij.

In festo S. DIONYSII Episco-  
pi Augustani & martyris.

MISSA. Statuit ei Dominus,  
de Comuni vnius Martyris Pontif.

X. Martij.

In Commemoratione Conuer-  
sionis S. MARIAE MAG-  
DALENÆ.

Missa dicitur sicut in festo eius-  
dem, quod XXII. Iulij celebra-  
tur, preter orationem qua[m] hic  
habetur propria,

Oratio.

**B**eatę Marię Magdalenaę  
quaesumus Domine suf-  
fragijs adiuuemur, vt qui  
Conuersionis eius memoriam a-  
gimus, ipsius exemplo peccato-  
rum nostrorum maculas per co[n]-  
tritionis lachrimas abluere &  
fructus dignos poenitentia[m] fa-

cere valeamus. Per Dominum.

Secunda Oratio. de feria. Et  
non dicitur Alleluia, sed eius lo-  
co Tractus: Audi filia. de com-  
muni nec Virginis nec martyris.

XVII. Martij.

In festo S. GERTRVDIS  
Virginis.

MISSA. Dilexisti iustitiam.  
de Comuni Virginis tantum.  
Oratio.

**D**Eus qui cuncta conspicias,  
& tuę virtutis potentia  
gubernas, exaudi preces nostras  
quas in sanctę Virginis tuę Ger-  
trudis solennitate deferimus, vt  
eius precibus pariter & meritis  
ab omnibus protegamur aduer-  
sis. Per Dominum.

Secreta.

**H**AEC tibi libamina Domine  
pater Omnipotens offeren-  
tes exoramus, vt intercessione  
beatę virginis tuę Gertrudis ho-  
stiam tibi nos facere digneris ac-  
ceptam. Per Dominum.

Post Communionem.

**P**ER huius sancti mysterij par-  
ticipationem supplices Do-  
mine misericordiam tuam im-  
ploramus, vt in cuius solennita-  
te haec tibi obtulimus, auxilium  
sentiamus. Per Dominum.

In festo Translationis S. VD AL-  
RICI Episcopi & Confessoris,  
quod singulis annis feria secun-  
da post Dominicam in Albis cele-  
bratur.

MIS-

**Diecefis Augustanæ.**

**MISSA.** Sacerdotes tui, de com.  
Confessoris Pontif.

**Oratio.**

**D**A quæsumus Omnipotens  
Deus, vt translationis beati  
Vdalrici Confessoris tui, atque  
Pontificis veneranda solennitas,  
& deuotionem nobis augeat &  
salutem. Per Dominum.

**Secreta.**

**H**Æc munera quæsumus Do-  
mine clementer suscipe, &  
intercedente beato Vdalrico Cō-  
fessore tuo atque Pontifice, nobis  
salutaria esse concede. Per Do-  
minum.

**Post Communionem.**

**G**ustu salutaris hostiæ recrea-  
ti Omnipotentiam tuā Do-  
mine suppliciter exoramus, vt in-  
tercedentibus S. Vdalrici Con-  
fessoris tui atque Pontificis meri-  
tis nos interius & exterius ab om-  
ni aduersitate custodias. Per Do-  
minum.

**XX. Aprilis.**

**SS. SVLPITII & SERVI-  
LIANI** martyrum.

**MISSA.** Salus autem iustorum.  
Tempore autem Paschali.

**MISSA.** Sancti tui Domine, vt  
in communi plurim. martyrum.

**XXIV. Aprilis.**

**S. Georgij** mart. Missa propria in  
Missali.

**Primo Maij.**

**Pro Commemorat. S. VVAL-  
PVRGAE** Virginis.

**Oratio.** Exaudi nos DEVS. de  
communi Virginis tantum.

**X. Maij.**

**Pro Commem. SS. QVARTI  
& QVINTI,** martyrum.

**Oratio.** Deus qui nos añua, de  
communi plurim. martyrum.

**V. Iunij.**

**In festo S. BONIFACII** mar-  
tyris & Archiepiscopi Mo-  
guntinensis.

**MISSA.** Protexisti me DEVS.  
cū **Oratione.** Deus qui nos bea-  
ti. de communi vnus Martyris  
Paschali tempore.

**Extra tempus Paschale. MISSA.**  
Sacerdotes Dei benedicite Do-  
minū. de cōmuni vnus martyris.

**xv. Iunij.**

**SS. Viti Modesti atq; Crescentiæ**  
mart. Missa propria.

**XXII. Iunij.**

**In festo SS. Decem millium**  
martyrum.

**MISSA.** Intret in conspectu. de  
communi plurimorum marty.

**Oratio.**

**P**ræsta quæsumus Omnipo-  
tens Deus, vt qui gloriosos  
martyres fortes in sua confesio-  
ne cognouimus, pios apud te in  
nostra intercessione sentiamus.  
Per Dominum.

**Cetera omnia de eodem Com-  
muni. Pro Commem. S. Paulini.**  
**Oratio.** Da quæsumus. Vt in Mis-  
sali.

**xxvii. Iunij.**

**In Festo SS. Septem Dormien-  
tium** martyrum.

**B**

**MIS.**

Proprium Festorum.

MISSA & Oratio vt supra in fe- In Octaua Apostolorū fit Com-  
sto SS. Decem millium marty. Octauæ S. VDALRICI.

IV Iulij.

In festo S. VDALRICI Episco- In festo S. VVILIBALDI Epi-  
pi Confessoris & Patro- scopi & Confessoris.

MISSA. Statuit ei Dominus, de MISSA. Sacerdotes tui Domi-  
cōmuni Confess. Pontificis, præ- ne, de cōmuni Confess. Pontificis  
ter Orationē quæ dicitur vt infra. Et fit Commemoratio Octauæ  
S. Vdalrici.

Oratio.

**D**Eus qui conspicias quia ex  
nulla nostra virtute subsisti-  
mus, concede propitius, vt in-  
tercessione B. Vdalrici Confesso-  
ris tui atq; Pontificis cōtra aduer-  
sa omnia muniamur. Per Dom.

Et non fit aliqua Commem.

Secreta.

**H**Æc munera quæ sumus Do-  
mine clementer suscipe, &  
intercedente B. Vdalrico Confes-  
sore tuo atq; Pōtifice, nobis salu-  
taria esse concede. Per Dominū.

Post Communionem.

**G**ustu salutaris hostiæ recreati  
Omnipotentiam tuā Domi-  
ne suppliciter exoramus, vt inter-  
cedentibus S. Vdalrici Confesso-  
ris tui atq; Pontificis meritis nos  
interius & exterius ab omni ad-  
ueritate custodias. Per Domi-  
num.

V. Iulij.

De Octaua Apostolorum, Com-  
memoratio de Octa. S. Vdal-  
rici, Missa propria in  
Missali.

VI. Iulij.

VII. Iulij.

In festo S. VVILIBALDI Epi-  
scopi & Confessoris.

MISSA. Sacerdotes tui Domi-  
ne, de cōmuni Confess. Pontificis  
Et fit Commemoratio Octauæ  
S. Vdalrici.

VIII. Iulij.

In festo S. CHYLIANI Epi-  
scopi & Sociorum marty.

MISSA. Sapientiam Sanctōrū,  
de communi plurim. martyrum,  
& fit Com. Octauæ S. Vdalrici.

IX Iulij.

De Octaua S. VDALRICI.

X. Iulij.

In festo SS. Martyrum septem  
Fratrum & fit Comm. de  
Octaua. S. Vdalrici.

XI. Iulij.

Octaua S. VDALRICI Episco-  
pi & Confess. Missa vt in die cum  
Commem. S. PII Papæ &  
marty. vt in Missali.

XV. Iulij.

In festo Diuisionis Aposto-  
lorum.

MISSA. Mihi autem nimis ho-  
norati. vt in festo Apost. Simonis  
& Iudæ, præter ea quæ hic habentur  
propria.

Oratio.

**D**Eus qui in tuorum Diuifio-  
ne Apostolorum gentium  
multitudinem in vnitatem fidei  
& agnitionem tui sancti nominis  
con-

**Dioecesis Augustana.**

conuocasti, quæsumus aures tuæ pietatis sanctæ matris Ecclesiæ precib⁹ inclina, & præsta, vt quorum prædicationis instantia te agnouimus, horum obtentu in Confessione veritatis tuæ fideliter firmiterque maneamus. Per Dominum.

**Epistola.** Corde creditur ad iustitiam. **Vt in festo S. Andreae Apostoli. Euangelium.** Conuocatis Iesus duodecim. **Vt feria quinta post Pentecosten legitur.**

**Secreta.**

**H**is quæsumus Domine hostiis Apostolicæ gratiæ nobis dignitas cooperetur, vt quod illorum debetur Sacrosanctæ emissioni, nostræ proueniat fragilitati. Per Dominum.

**Post Communionem.**

**S**umptis Domine donis tuis, in diuisione Sanctorum Apostolorum quæsumus, vt sicut illorū fidei uocatione gentium diuersitatem in vnâ sanctæ Trinitatis fidem accendisti, ita eorū nobis obtentu tua facias prodesse Sacramentia. Per Dominum.

**XVIII. Iulij.**

**In festo S. HENRICI Imperatoris Confessoris.**

**MISSA.** Iustus vt palma floret. **Vt in communi Confessoris non Pontificis. Et fit Comm. S. Symphorose cum septem filijs marty.**

**Oratio.** Deus qui nos concedis. **Vt in Missali.**

**XXV. Iulij.**

**In diem S. Iacobi Apostoli incidit etiam festum S. Christophori martyris, quod semper transfertur.**

**MISSA.** In virtute tua. **Vt in communi vnus martyris.**

**V. Augusti.**

**In festo S. Mariæ ad niues fit Commem. S. OSVVALDI regis martyris.**

**Oratio.**

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui huius diei iucundâ beatamq; lætitiâ in sancti martyris tui Osvaldi solennitate cōsecrasti; da cordibus nostris tui amoris augmentum, vt cuius in terris festa celebramus, illius in celo patrocina sentiamus. Per Dominum.

**Secreta.**

**O**blata Domine munera, quæ in sancti Osvaldi solennitate, tuæ maiestati deferimus, benignus assume, qui semetipsum viam fecit hostiam, & præsta quæsumus, vt quod nostra conscientia non præsumit, eius qui tibi tam fideliter seruiuit interueniente auxilio, consequi mereamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

**Proprium Festorum**

**Post Communio.**

**D**Anobis, quæsumus Omnipotens Deus, vt qui sancti Osvaldi festiuitate tua sancta lætantes percepimus, eius interuentione sint nobis arma fortissima, ad euacuanda insidiantis ignita iacula inimici, Per Dominum.

**Notandum.**

**In hunc diem incidit quoq; festum SS. Afri & aliorum martyrum Augustanorum, quod semper transfertur.**

**MISSA. Intret in conspectu. de communi plurimorum marty.**

**Oratio.**

**O**Mnipotens sempiternus Deus, qui primordia huius Ecclesiæ tuæ, beati Afri & aliorum martyrum tuorum sanguine instituire & decorare voluisti; concede propitius, vt qui eorum confessione gloriosa lætamur, ipsis intercedentibus perpetuam in tua fide constantiam liberis mentibus sectari valeamus, Per Dominum.

**Secreta.**

**M**Vnera tibi Domine nostræ deuotionis offerimus, quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur Per Dominum.

**Post Communionem.**

**Q**uæsumus Domine salutari- bus repleti mysterijs, vt quo-

rum solemnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per Dominum.

**VII. Augusti.**

**In festo S. AFRÆ martyris & patronæ Augustanæ.**

**MISSA. Me expectauerunt, de communi vnus martyris nõ virginis.**

**Oratio.**

**C**oncede misericors Deus, vt beata Afra quæ martyrij promeruit palmam, intercessionibus suis & presentis vite nobis remedia conferat, & eternam salutem. Per Dominum.

**Et fit in priuatis Missis tantum Commem. S. DONATI Episcopi & marty. vt in Missali.**

**Secreta.**

**A**ccipe quæsumus Domine munera dignanter oblata, & beatæ Afre martyris tuæ suffragantibus meritis, ad nostræ salutis auxilium prouenire concede. Per Dominum.

**Post Communionem.**

**Q**uæsumus Domine Deus noster, vt Sacrosancta mysteria quæ pro reparationis nostræ munimine contulisti, intercedente beata Afra martyre tua, & præfens nobis remedium esse facias & futurum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

XII.

Dioecesis Augustana.

XII. Augusti.

In festo SS. HILARIAE & Sociarum martyrum.

MISSA, Me expectauerunt, de communi nec Virg. nec marty.

Oratio.

**D**EUS qui nobis hanc solennitatem per passionem sanctarum martyrum tuarum Hilariæ, Dignæ, Eunomiæ, & Eutropiæ consecrasti: Da quaesumus, ut earum intercessione a peccatis liberati, vitam æternam consequi mereamur. Per Dominum.

Et fit in priuatis Missis tantum  
Commemoratio de S. CLARA,  
vt in Missali.

Secreta.

**S**acrificiū Domine quod desideranter tuæ maiestati offerimus, gratum tibi beatarū martyrum tuarum merita efficiant Per Dominum.

Post Communionem.

**B**eararum martyrum tuarum Hilariæ, dignæ, Eunomiæ, atque Eutropiæ Domine confisi suffragijs exoramus, vt per hæc Sancta quæ sumpsimus, cœlesti nos virtute defendas. Per Dominum.

I. Septembris.

S. AEGIDII Abbatis. Missa  
vt in Missali notatur.

Dominica proxima ante festum  
Natiuitatis B. Mariæ Virginis, ce-  
lebratur festum S. ANGELI  
CVSTODIS, cum  
Missâ sequenti,

Introitus.

**B**enedicite Dominum omnes Angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius: ad audiendam vocem sermonū eius. *Psalm.* Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. *Verf.* Gloria patri &c.

Oratio.

**D**EVS qui ineffabili prouidentia sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris, largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æterna societate gaudere. Per Dominum.

Lectio libri Exodi. Capit. 23.

**H**ÆC dicit Dominus Deus: Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat ad locū quem præparavi. Obserua eum, & audi vocem eius; nec contemnendum putes; quia non dimittet cum peccaueris: Et est nomē meum in illo. Quod si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligā affligentes te. Præcedet-

B 3

cedetq; te Angelus meus. Dicit Dominus Omnipotens.

## Graduale.

**B**enedicite Dominum omnes Angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius. *Verf.* Benedic anima mea Dominum, & omnia interiora mea nomen sanctum eius. *Alle: Alle: Verf.* Sancti Angeli custodes nostri, defendite nos in prælio, vt non pereamus in tremendo iudicio. *Alle:*

## Sequentia S. Euangelij secundum Matthæum.

**I**n illo tempore, Accesserunt Discipuli ad I E S V M dicentes: Quis putas maior est in regno caelorum? *Vt in festo S. Michaëlis Archangeli.*

*Et dicitur Credo.*

## Offertorium.

**A**dorate Dominum omnes Angeli eius, ministri ei<sup>9</sup> facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.

## Secreta.

**S**uscipe Domine, munera, que pro sanctorum Angelorum tuorum veneratione deferimus; & concede propitius, vt perpetuis eorum præsidijis à presentibus periculis liberemur, & ad vitam perueniamus æternam. Per Dominum nostrum.

## Communio.

**B**enedicite omnes Angeli Domini Dominum, hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula.

## Post Communio.

**S**uscipimus, Domine, diuina mysteria, sanctorum Angelorum tuorum festiuitate letantes, que sumus, vt eorum patrocinij ab hostium iugiter liberemur infidijs, & contra omnia aduersa tua semper protectione muniamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

*VI. Septembris*

*In festo S. MAGNI  
Abbatis.*

**MISSA.** Os iusti meditabitur. de communi Confess, nō Pontif.

*XIII. Septembris.*

*In Tricesimo Assumptionis B. Mariæ Virginis, Missa dicitur, vt in festo Assumptionis eius.*

*XVII. Septembris.*

*In festo S. LAMPERTI Epi-  
scopi & martyris.*

**MISSA.** Sacerdotes Dei. *Epi-  
stola. Communicantes. Euange-  
lium. Nihil opertū. Vt in Com-  
muni vnus martyris.*

*XX. Septembris.*

*In festo SS. EVSTACHII  
& Sociorum martyrum.*

**MIS.**



**Dioecesis Augustanæ.**

**MISSA.** Sapientiam. **de com-**  
**muni plurimorum martyrum, &**  
**fit Commem.** Vigiliæ.

**XXII. Septembris.**

**SS. MAVRITII & Soc. marty.**

**Missæ vt in Missali.**

**XXVIII. Septembris.**

**In Dedicacione Cathedralis Ec-**

**clesiæ Augustanæ Missa Ter-**

**ribilis & reliqua vt in**

**Missali.**

**x. Octobris.**

**In festo SS. GERONIS &**

**Sociorum martyrum.**

**MISSA.** Intret in conspectu. **de**

**communi plurimorum marty.**

**xvi. Octobris.**

**In festo S. GALLI**

**Abbatis.**

**MISSA.** Osiusti meditabitur sa-

**pientiam. de communi Confes-**

**sonis non Pontificis.**

**xxi. Octobris.**

**In festo Sanctarum VRSVLAE &**

**Sociarum Virginū ac mart.**

**MISSA.** Loquebar. **de commu-**

**ni plurimorum Virginum ac marty-**

**rum; Et fit Commemoratio S.**

**Hilarionis, vt in Missali.**

**xxvi. Octobris.**

**In die Conuersionis S. AFRÆ**

**martyris.**

**MISSA.** Me expectauerunt. **de**

**communi martyris non virginis,**

**cum sequentibus Orationibus.**

**Oratio.**

**C**oncede quæsum⁹ omnipo-

**tens Deus, vt beata martyr**

Afra, cuius diem Conuersionis hodie celebramus, pro peccatis nostris apud te veniam imploret; vt sicut illa prædicationibus S. Narcissi credidit; sic & nos tuis præceptis per intercessionem ei⁹ semper fac obedire. Per Dominū nostrum.

**Et fit Commemoratio S. EVA-**

**RISTI Papæ & martyris.**

**Oratio, Vt in Missali.**

**Secreta.**

**P**ropitiare Domine supplicationibus nostris, & has oblationes quas tibi in Conuersione S. Afræ Martyris tuę offerimus benignus assume; & nullius sit contempta postulatio, sed à te quæsumus Domine sit exaudita S. martyr Afræ, & hoc apud te nobis suis meritis obtineat. Per Dominum nostrum.

**Post Communionem.**

**P**ræsta nobis quæsum⁹ Domine æterne Saluator, vt hæc salutaris medicina, quę per Corp⁹ & Sanguinem tuum à nobis indignis est assumpta, vitia cordis nostri compescat, vt in charitate tua simus firmati, & nullis tentationib⁹ per suffragia S. Afræ martyris tuę à via veritatis retrahamur. Qui cum Deo patre & Spiritu sancto, viuis & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

**XXVII. Octobris.**

**B 4**

**lo**

In festo S. GUALFARDI cuius  
Augustani & Confessoris.

MISSA. Iustus ut palma, de  
comuni Confess. non Pontificis.

xxix. Octobris.

In festo S. NARCISSI Episco-  
pi, Apostoli Augustani  
& martyris.

MISSA. Sacerdotes Dei, de  
communi unius martyris.

xxxi. Octobris.

In festo S. VVOLFANGI  
Episcopi & Confessoris.

MISSA. Sacerdotes tui, de com-  
muni Confessoris Pontificis.

II. Nouembris.

Pro Commem. S. BENIGNI  
presbyteri & martyris.

Oratio. Presta quæsumus omni-  
potens Deus, ut intercedente, Cū  
reliquis, ut in communi unius  
martyris.

VI. Nouembris.

In festo S. LEONHARDI  
Abbatis.

MISSA. Os iusti meditabitur sa-  
pientiā, de communi Confessoris  
non Pontificis, & fit Commemo-  
ratio de Octaua Omnium San-  
ctorum.

xvi. Nouembris.

In festo S. OTHMARI  
Abbatis.

MISSA. Os iusti, cum reliquis  
de communi Confess. nō Pontif.

Oratio.

QVesumus Omnipotens De-  
us, ut beati Othmari Abba-  
tis sancta precatio, & à terrenis  
affectibus incessanter expediat,  
& caelestia desiderare perficiat.  
Per Dominum.

Secreta.

OFFerimus tibi Domine pre-  
ces & munera, quæ ut tuo  
sint digna conspectui, beati Oth-  
mari Confessoris tui, cuius hodie  
festa celebramus, obtentu, tuum  
mereamur obtinere auxilium.  
Per Dominum.

Post Communio.

VT nobis Domine tua sacrifi-  
cia dent salutem, beat⁹ Con-  
fessor tuus Othmar⁹ quæsumus,  
precator accedat. Per Dominum  
nostrum Iesum Christum.

XIX. Nouembris.

In festo S. ELIZABETHÆ  
Vidux.


MISSA. Cognoui Domine, de  
communi nec martyris nec Vir-  
ginis, & fit Commemoratio S.  
Pontiani Papæ & martyris, ut in  
Missali.

XXVI. Nouembris.

In festo S. CONRADI Epi-  
scopi & Confessoris.

MISSA. Sacerdotes tui, de com-  
muni Confess. Pontificis, & fit  
Commemoratio S. Petri Alexan-  
drini Episcopi & marty. ut in Mis-  
sali.

FINIS.





Fl 807  
2°

ULB Halle 3  
004 978 218



1417

an. C





PROPRIVM FESTO.  
RVM DIOECESIS  
AVGVSTANAE.

SSALIS *Romani accommodatum.*

ET AVCTORITATE.

ENDISSIMI ET  
SSIMI PRINCIPIS  
NI, DOMINI HENRICI  
COPI AVGVSTANI  
RECOGNITVM.



DILINGAE, ✠  
ad Gregorium Hanlin.  
M. DC. XV.

